



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1652-1663**

Sectio I. De Præcepto Septimo ac Decimo Decalogi receptiores sine lite
Sententiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80586](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80586)

LIBER XXXIV.
SEPTIMUM ET DECIMUM
DECALOGI PRÆCEPTUM.

HABETVR hoc Præceptum Exo. 20. Non furtum facies. Ad cuius expositionem ostendam, quid furtum, quale peccatum, quenam quantitas ad lethale sufficiat, quæ modis committatur. Subiiciam de furto filii familiæ, uxoris, famulorum, ac Regularium tractationem. Nomine autem furti in presenti solum intelligo iniustam rei acceptionem: iniustam autem retentionem, quæ restitutioni obnoxia est, materiam de usuris, reliqua, quæ ab aliquibus Doctoribus hic elucidantur, in sextum Volumen de Iustitia & Iure proximum sciungo.

SECTIO PRIMA.

De Præcepto Septimo, ac Decimo Decalogi receptiores
sine lite Sententiæ.

CAPVT I.

Quid sit Furtum?

FURTUM est occulta rei aliene acceptione, domino rationabiliter inuito. Dicitur occulta, ut à rapina, & aliis iniustis acceptionibus per iniquos contractus, quæ sunt domino sciente, ac vidente, distinguatur. Dicitur rei aliene, quia acceptio rei tuæ, quæ apud alium est, non est furtum, saltem quæ inas, quamvis possit esse furtum, quatenus res illa sit alteri commodata, vel oppignorata. Dicitur domino inuito, quia si crederes, dominum ratum habere, & non dissentire, furtum non esset. Additur rationabiliter, ut innuatur, non committi furtum ab eo, qui aliquid aufert, quando dominus est rationabiliter inuitus: verbi gratia, quando aliquid per modum iustæ compensationis, vel in extrema necessitate accipitur. D. Thom. 2. 2. question. 66. articulo tertio, Sylui. ibi, Reginald. libro vigesimo tertio numero decimo, Lessi. libro secundo. Escob. & Menz. Theol. Moral. Tom. IV.

capite 12. dubio primo. Nauar. sum. capite 17. numero 1.

Furtum, & rapina differunt specie in ratione iniuriæ, quia rapina incurrit violentiam, Furtum, & quæ sit domino scienti, quam furtum exclu- rapina diff- dit. Ab iniuria verò, quæ sit per iniquos con- ferunt spe- tractus, furtum, & rapina differunt; quia cie; & in furto, & rapina patitur dominus damnum ratione ini- omnino inuoluntariè, nempe per ignoran- iniuria- tiam, vel per vim: in contractibus autem patitur damnum inuoluntariè mixtim; si sciat contractus iniquitatem. Medina Codic. de res. resipien. qm. 4. Sylui. 2. 2. qu. 66. art. 4. Sayr. in Clau. l. 9. cap. 13. num. 9. & 10; ex D. Tho. 2. 2. qu. 66. art. 4.

CAPVT II.

Furtum quale peccatum, Vbi de
furtis minutis.

FURTUM ex genere suo est peccatum mortale. Quia infert proximo nocumentum, quod suo ex- ge- est.

nere mortale
est furum,
quomodo
possit fieri ve-
niale.

est contra charitatem. Attamen fieri potest, ut sit tantum veniale, scilicet ex indeliberatione, & paruitate materie, & quando dominus non est iniurus quoad substantiam rei accepta, sed solum quoad modum. Unde fit, ut filius clam accipiens aliquid a patre, vel avo, & xor. a matre, nepos a patruo, vel amicus ab amico liberali, ac benigno sapius a mortali excusetur, quando verosimiliter ob iustam causam creditur dominus concessurus, si peteretur. D. Tho. 2. 2. q. 65. a. 6. Sylui. ibi. Bonac. de contr. d. 2. q. 8. pun. 1. n. 6. Sayr. in Clavi. l. 9. cap. 14. & alij communiter.

4
Potest fur-
tum veniale
fieri mortale
ratione nota-
bilis damni.

Fortum, quod est veniale ex paruitate materie, potest fieri mortale ratione notabilis damni, vel altius causa concurrentis: v. g. si quis tutori scias furripit, vel factori pecus, nec possint aliunde habere. Unde si cupiam auferas rem parvi momenti, quam tamen ille magni facit, te cognoscente, & propter quam valde ille perturbabitur: non erit peccatum lethale in specie furti, sed in specie damnificationis iniusta. Si autem fur sciat, tale solere preterire, impre- cari, blasphemare, erit peccatum scandali per- tinens ad eam peccati speciem, cuius sciebat suo furto, etsi exiguo, se fore causam. Valent. tom. 3. d. 5. qu. 10. punct. 5. Sotus de iust. l. 5. qu. 3. art. 3. Sayr. in Clavi. lib. 9. c. 15. n. 15. Ludou. Lop. part. 1. Instrum. cap. 93.

5
Maior requi-
ritur quanti-
tas ad pecca-
tum mortale
furti, quando
quis eidem
magnis tem-
poris inter-
uallis subtra-
hit.

Certe maior requiritur quantitas ad pecca- tum mortale furti, quando quis eidem magnis temporis intervallis subtrahit parvis furtis, & non ex industria, sed per occasionem; quam dum brevi tempore, & ex industria, vel simul accipit. Quia homines minus aere ferunt, sibi auferri longo intervallo, & calu quaedam mi- nima etiam ad notabilem quantitatem, quam eandem quantitatem simul, vel partes de in- dustria. Unde qui auferendo decem, verbi gratia, ab eodem simul vel per partes de in- dustria lethaliter delinquit: requirentur 15, vel 16, aut etiam 20, ut quis sub peccato mor- tali teneatur restituere per minuta furta fortui- ta acquisita, praesertim si longis intervallis sint facta. Lessi. libro 2. capite 12. dub. 8. nu- mero 46. Megala 2. 2. libro 2. capite 1. quest. 3. numero 36. Diana part. 1. tractat. 6. resol. 34. Nauar. sum. capite 17. numero 139. Bona- cin. de contr. d. 2. question. 8. punct. 1. numero nono.

6
Furans mi-
nima a pluri-
bus cum in-
tentione ac-
cipiens nota-
bilem quan-
tatem, pec-
cat lethali-
ter.

Capiens minima a pluribus cum intentione coaceruandi notabilem quantitatem, pec- cat mortaliter illa intentione, & quovis exter- no furto minuto ex eius vi procedente. Si au- tem ex hisce minutis furtis notabilem acqui- suit quantitatem sub mortali tenetur ad re- stitutionem, modo iniuris dominis id fece- rit. Quia ablatio rei notabilis est peccatum mortale, & sub mortali restituendum a quo ablatum, etiamsi non inferat ei, a quo fue- rit sublatum. Valent. 2. 2. d. 5. question. 10. puncto tertio, Salon. ibi. questione sexagesima sexta, articulo sexto, Lessi. libro 2. capite 12. dub. 7. Sylui. 2. 2. qu. 66. art. 6. quest. 3. concl. 1. Sayr. in Clavi. lib. 9. cap. 15. nu- mero 27.

7
Secus qui per
furta minima
non intendit
rem notabi-
lem acqui-
re.

Porro qui per furta minuta non intendit notabilem acquirere quantitatem, sed ex oc- casione ea committit: non peccat lethaliter priusquam ad tantam quantitatem perveniat

quae continuata cum praecedente sit notabilis. Requiritur vero, ut furta paulatim facta mor- taliter continentur, quod fiant aut intentione furandi quantitatem notabilem, aut in eodem genere negotij, & non per magna tem- poris intervalla, aut respectu alicuius commu- nitatis: & tunc iuxta communem Doctorum sententiam ultimum furum implens quanti- tatem notabilem, sit lethale peccatum, quod sub eodem lethale restitutioni esse obnoxium. Valq. 1. 2. to. 1. d. 145. c. 2. Azor. p. 3. l. 5. c. 13. q. 4. Nauarra de restit. l. 3. c. 1. d. 6. n. 51. Diana p. 1. tr. 4. resol. 34. Scio Nauarum sum. c. 17. n. 139. & Lessi. lib. 2. c. 12. dub. 8. n. 4. docere, furum il- lud ultimum per se esse veniale solummodo; sed de intentione voluntariam rei aliene in no- tabili quantitate, quae tunc inchoatur, esse le- thalem. Unde colligo, posse dari furta solum venialia, quae sub mortali ad restitutionem obli- gent: quod improbabile non reputam.

Cum plures vni per minuta furta grave in- ferunt damnum, & id sit ex communi consilio, omnes peccant lethaliter, & ad restituo- nem in solidum tenentur. Quia cum singuli ad damnum notabile cooperentur, sequitur forte ex il- lingulis peccare mortaliter, & teneri sub mor- tali ad restitutionem. Et quia singuli simul cum aliis notabilem quantitatem retinent cum damno domini: cum autem hoc damnum no- tabile sit individuum, nec addit maior ratio, cur vnus magis teneatur ad damnum notabi- le, quam alius: sequitur, singulos teneri. Azor. p. 1. lib. 5. c. 3. q. 5. Nauar. 1. 7. num. 130. Sanch. Decal. l. 7. c. 21. num. 19. Turrian. d. 35. dub. 2. & alij communiter.

At si id casu fiat, ita ut alter alterius non sit confcius, nemo lethaliter peccat, neque ad re- stitutionem tenetur. Quia nemo illorum est notabilis damni causa; & quia quando conf- cius nullus fuit, nequit libere, ac morali- ter, damnum, quod vnus intulit, cum praeced- tibus, aut subsequenibus continuari. Quan- do tamen aduertunt, notabile damnum infe- rendum ex illis minutis furtis, nulli singuli mortifere delinquant, si suam partem non re- stituant, scilicet, 1. discutimus. Est communis sen- tentia.

An vero nouum peccatum committat, qui post quantitatem notabilem per minima furta sublatam, addit alia parua furta? sub distin- ctione respondeo, si fur dam noua furta com- mittit, doluerit iam de furtis praelapsis, & de- beat restituendi propositum prima opportuni- tate: peccabit solum venialiter, & quando il- la noua furta rursus ad quantitatem notabi- lem ascendent, nouum peccatum lethale per- petrabitur. Quia cum penitentia interrumpat quantitatem praecedentium continuationem, materia subsequens non integrabit vniam quantitatem cum praecedente, & consequenter materia subsequens ut levis non sufficit ad lethale peccatum, donec de nouo ad notabi- lem quantitatem perveniat, modo furripie- di maiorem quantitatem non adit intertio. At si fur actum voluntatis retinendi alienum in notabili quantitate, non interrumpit, & cum aduertentia praetitorum noua fur- ta leuia committat, mortaliter delin- quet. Quia illa quantitas moraliter con- tinuatur, & fur implicite renouat actum voluntatis

ELSCOBAB

Theol. Mor.

Tom. III. IV

E. IV

Sect. I. De Præcep. 7. & 10. Recep. Sent. 339.

voluntatis retinendi notabilem rem alienam: sed quoties innovatur huiusmodi actus voluntatis toties peccatum novum committitur: Ergo. Lessi. l. 2. c. 1. n. 44. Sanch. Decal. l. 7. c. 21. num. 7. Diana p. 2. tr. 17. resol. 43.

11 Qui aufert leuem quantitatem ab vno, à quo alij notabilem abstulerant, non delinquit lethaliter. Quia non est causa notabilis damni, quod iam ab alio fuerat illatum: vnde furtum ex parte sua in parva est quantitate. Nec enim illa quantitas levis non videtur cum magna quantitate, quam alij abstulerant, continuari & sic damno notabili minimè cooperari. Sanch. l. 7. Decal. c. 21. n. 3. Valq. l. 2. d. 146. cap. 2.

12 Qui furto, vel iniuste rem alienam, aut alteri debitam detinet, continuè actu peccat totò eo tempore, quo cum possit, non restituit. Quia non restituendo, lædit continenter proximum ipsam à possessione, & vbi rei suæ, vel debitæ impediens: quæ læsio quò diutius durat, eò maior censetur; moraliter tamen loquendò per illam voluntariam detentionem non fit novum peccatum, sed continuatur antiquum, quod antè per acceptationem fuerat inchoatū. Sotus de iust. l. 4. q. 7. a. 4. Lessi. l. 2. c. 1. 2. dub. 3. num. 11.

13 Tripliciter potest interrumpi illud actuale detentionis iniquè peccatū, ita ut formaliter nò continetur. Primum ratione ipsius propositi: dum quis scilicet propositū detinendi mutat; constitutis, prima opportunitate restituere. Secundò ratione detentionis externæ, quadd illa in se incipit non esse amplius iniuriōsa, quia facta est, v. g. impossibilis ob penuriā, &c. Tertiò ratione hominij, vel alterius distractionis. Suar. tom. 4. d. 2. l. 2. c. 5. n. 30. Henric. l. 2. c. 5. n. 5. Valq. l. 2. d. 75. c. 3. Bonac. de restit. d. 1. q. 6. p. 1. num. 11. Diana part. 2. tract. 2. resol. 28.

14 Quisquā in extrema necessitate constitutus, potest capere re alienā ad suā egestatē subleuandam. Quia necessitas extrema facit omnia communia. Modò dominus rei in necessitate aequali non existat. Quia in pari causa melior est conditio possidentis. Vnde talis acceptio non est furtum, aut rapina; non enim fit domino iure inuito; qui tenetur consentire, cū egēs ille iure suo utatur. Imò si dominus velit prohibere, potest in extrema necessitate constitutus aduersus illum se tueri, tanquam qui iniuste ab altero inuaderetur: etsi necesse sit, seruatò iustæ defensionis moderamine, impedire tem occidere. D. Tho. 2. 2. q. 66. a. 7. Tolet. l. 5. c. 15. n. 5. Lessi. l. 2. c. 1. 2. dub. 12. Nauat. sum. c. 17. n. 5. Sayr. in Clau. l. 9. c. 14. n. 18. Sylui. 2. 2. q. 66. a. 7.

CAPVT III.

De quantitate ad lethale peccatum sufficiente.

15 Profectò illa quantitas est sufficiens ad mortale peccatum furti, quæ omnibus consideratis, graue infert domino nocumentum, vel notabili priuat utilitate. Vnde non potest in genere taxari, quæ quantitas sit notabilis, sed hæc pro varia personarum, ac locorum conditione, prudentum arbitrio erit statuenda. Quia Esch. & Mend. Theol. Moral. Tom. IV.

quod respectu vnus notabile censetur, respectu alterius modicū reputatur. Valq. Opusc. de rest. cap. 5. §. 1. dub. 5. & alij communiter.

Vnde respectu omnium personarum illud, quæ splendide alunt familiam nummus aureus est materia notabilis sufficiens ad lethale. Quia tale furtum licet non noceat huiusmodi personis quoad victum, videtur tamen notabiliter nocere, quatenus nummus aureus ad alendam familiam inferuit, & potest esse menstruum vnus famuli inferioris Salarium. Respectu Regum aliquid potest adiacere materiæ, vt grauis existat. Respectu mediocriter diuitum, qui ex suis redditibus victitant, quatuor vel quinque Regales quid notabile censetur. Quia illis fere ad vnus diei victum sufficit. Respectu personarum, quæ suo artificio, & opera se sustentant, & dicuntur mechanici tres Regales ad peccatum mortale sufficiunt. Quia inde comode victitant, & hæc sūma fere mercedem diurnam exæquat. Respectu vero pauperis, qui mendicando sibi consulit, vnus Regalis, imò dipidius est sufficiens peccati lethalis materia. Denique respectu omnium illam dixerim grauis furti sufficientem esse materiā, quæ ad honestum vnus diei iuxta statum cuiusque victum sufficiens videatur. Medina C. de restit. q. 10. Nauarra de restit. l. 3. c. 1. n. 35. Lessi. l. 2. c. 1. 2. dub. 1. n. 29. & 30. Sayr. in Clau. lib. 9. c. 15. n. 9. Bonac. de contr. d. 2. q. 8. p. 1. n. 7. Regim. l. 23. n. 19. Diana p. 2. tr. 17. resol. 57. Sylui. 2. 2. q. 66. art. 6. conclus. 4. Adnotariū autem ex Nauarro sum. c. 17. n. 4. censi etiam peccare mortaliter illū, qui saltem vno vel altero asse non abest à quantitate exposita. Quia quæ parum distant, nihil distare videntur: & quantitas hæc non mathematicè, sed moraliter est statuenda.

Dixi autè grauem ad lethale peccatum esse materiā illā, quæ ad honestū vnus diei victum cuique sufficiunt. Quia res hæc non potest ex quantitate pecuniæ diffiniri, valor enim pecuniæ non est idem omnium respectu gentium: non ergò qualitas furti potest ab ipsa pecunia censi. Est mortale sit quatuor, aut quinque Regales in Hispania furripere, apud Indos hæc deficit regula, quibus ob aurum, argentique abundantiam vnus Regalis est monetarum infima, vt P. Molina to. 3. de iust. d. 683. aduertit.

CAPVT IV.

De filiorum furtis.

18 Lethaliter delinquit filius, qui notabile suam subripit ex bonis, quorū possessio, & vsum fructū parēs habet, ipso merito inuito. At si filius bona castrensia, vel quasi, accipiat, lem summam mortaliter nò peccat. Quia illorū proprietates, & vsum fructū ad ipsū pertinent. Omnes communiter.

Profectò non idè ceterū notabile in furtis filiorum; quod tale in externorum furtis censetur: sed maior quantitas requiritur, quæ quidem non est eadem respectu omnium: Sed varia pro status, ætatis, personarū, locorum, aliarumq; circumstantiarū conditione, prudētis iudicio. Quia pater nō ita est inuitus circa filiorum furta sicut circa fortū aliorū. Consequenter pro varietate circumstantiarum, vt amoris, indulgentiæ, &c. fieri potest, vt maior quantitas requi-

ff 2

ratur, ubi pater inuitus sit circa furti substantiam, quam quoad modum. Unde potest contingere, ut filius surripens duos aureos non peccet lethaliter, & qui sex argenteos furatur, mortaliter delinquat. V. gr. si pater sit valde diues non est censendus lethaliter delinquere filius qui ab eo duos, vel tres nummos abripiat aureos, ut licite cum suis amicis iuxta reliquos suar qualitatibus, etiam inuito parente colludat. Quia non est rationabiliter inuitus, præcipue si filius supremam attingat iam adolescentiam. At si pater sit mediocriter diues, non est censendus filius lethaliter peccare, septem vel octo argenteorum clam valore accipiens. Verum si pater arti sit mechanicæ addictus, quidam existimant quatuor argenteorum valorem esse ad lethale sufficientem. Bonac. de restit. d. 2. q. 20. p. 1. n. 5. Reginald. l. 6. n. 27. Casp. penult. r. 8. d. 5. sect. 7. n. 3. Sylui. 2. q. 65. art. 6. concl. 3. Valq. de rest. cap. 4. §. 2. dub. 6. num. 45. Sayr. lib. 9. cap. 16. num. 1.

20 *De restitu-* Filius, qui bona, quorum pater habet do-
da a filio minium, vel vsum fructum, accipit, tenetur restituere de re ablata, si existat si vero non existat, de aliis bonis castrensibus, vel quasi castrensibus, si habet si non habet, tenebitur in partitione hereditatis cum fratribus computare, quod surripuit, in suam partem: nisi constet, alios fratres tantumdem expendisse, vel patre condonasse: aut vero similiter credatur patrem condonaturum. Quia tunc pater non videtur inuitus circa substantiam acceptionis, sed solummodo circa modum. Molina tom. 1. de iust. d. 142. Lessi. lib. 2. cap. 12. dub. 13. num. 77. Sayr. in Clau. lib. 9. cap. 16. num. 19.

21 *Non peccat* Non peccat mortaliter furti delicto filius expensum aliquid in elemosynas, vel honestam recreationem iuxta statum. Quia pater inuitus rationabiliter non censetur. Item si in extrema, vel graui necessitate proximi subripiat, ut ei subueniat. Vel si accipiat ex bonis suis castrensibus, vel quasi castrensibus, nempe ex partis occasione militiæ, vel officij publici, vel beneficij, &c. Vel si parens sit hæreticus, bona aduentitia filij, in quibus ille habebat vsum fructum, redeunt ad filium, & vsum fructum cum proprietate consolidatur. Porro si filius gerit patri negotia, potest deductis expensis, quas pater agit in eo alendo, pro labore, & industria tantumdem accipere, quantum extraneo daretur, nisi facere id gratis intendat. Ad hoc tamen necessum est, ut filius ostendat expresse, vel tacite, se velle lucrari: & constet, parentem non facturum per se, neq; inuenturum alium, qui gratis, vel minoris efficiat. Deniq; non potest filius vsum fructum istiusmodi lucris sibi vindicare ante patris mortem, vel suam emancipationem. Quia lucrum hoc inter bona aduentitia, quæ pertinet ad patrem, connumeratur. Nauar. sum. c. 17. n. 14. & 157. Lessi. l. 2. c. 12. dub. 13. r. 79. 80. & 81. Ludou. Lop. p. 2. c. 23. Reginald. c. 20. n. 27. & 28. Diana p. 4. r. 4. resol. 66. Angel. v. Peculium, n. 11. Layman. lib. 3. sect. 5. tract. 4. cap. 8. num. 6. Bonac. de rest. d. 2. q. 10. p. 1. num. 1. a num. 6.

CAPVT V.

De furtis Vxoris.

22 *Non peccat* Si Vxor auferat marito pecunias, ne ludis, aut scommensationibus prodigat: aut vinum, ne

inebrietur: aut librum hæreticum, ne legat, &c. non furatur. Quia id ob illius commodum accipit. Lessi. l. 2. c. 12. quem sequitur Hermannus Bulembaum sum. lib. 3. tract. 5. cap. 1. num. 2.

Licet verè sit furtum, si vxor, inuito marito, quid auferat, plerumque tamen maior quantitas requiritur, vt sit mortale. Quia ille, aut non rationabiliter inuitus, aut saltem minus inuitus est, vt ab vxore, quàm ab alijs auferatur. Vel si valde inuitus sit, sæpe tamen id sit non tam ratione rei acceptæ, quàm modi accipiendi clam, aut ratione finis, ob quem accipitur: verbi gratia, ad ludendum, &c. Caiet. verb. furtum. Lessi. lib. 2. cap. 12. num. 76.

Vxor grauitur delinquit, si notabilem summam inuito marito, accipiat etiam ex dotibus, vel bonis communibus. Quia licet media pars ad eam spectet, maritus tamen habet illius vsum fructum: ideoque ad restitutionem tenetur. Trull. lib. 7. Decalog. cap. 6. dub. 8. num. 7. & alij.

Similiter delinquit grauitur maritus contra iustitiam cum obligatione restituendi, si aliquid notabile vxori surripiat absque eius consensu ex bonis illius paraphernalijs, vel alijs rebus proprijs. Quia libera eorum administratio ipsius vxori competit: par est enim ratio mariti, & vxoris quoad bona propria. Trull. l. 6. Decalog. cap. 1. dub. 9. Villalob. tom. 2. sum. tract. 13.

Vxor potest dare elemosynam, ac munera largiri iuxta aliarum mulierum loci, ac conditionis consuetudinem, etiam si maritus ei prohibeat. Quia consuetudo hoc ei tribuit, quo maritus eam priuare non potest. Diana part. 1. consuetud. tract. 3. resol. 23. & part. 5. tract. 8. resol. 14. Vbi cum Molina, ac decem alijs Doctoribus edocet, posse eam, in seculo marito, largiri viginti annui censûs, vel lucris. Quia id pertinet ad status decentiam, & maritus irrationabiliter est inuitus.

Potest bona expendere, marito absente, vel fatuo. Quia tunc ad eam domus administratio spectat. Item quæ propria acquirit industria: Etiam paraphernalia, hoc est, bona quæ prius extenduntur dotem marito allatam, sibi reuerant. Trull. l. 6. Decalog. cap. 1. dub. 9. & alij communiter.

Non delinquit vxor, subducendo aliqua, compensationis causa, si vir sit prodigus. Quia is tunc facit vxori iniuriam partem ipsius profundendo: vel pro victu, vestibus, ceterisque necessarijs, quæ mariti sæpe non intelligunt, & frustra ab illis peterentur. Bonac. & Trull. quos affert, ac sequitur Bulembaum lib. 3. tract. 5. cap. 1. dub. 4. num. 4.

Si pater, mater, vel proles ex alio marito sit pauper, ita vt miserè secundum statum victi. Et inuito marito succurrere: potest vxor ex bonis suis proprijs, vel etiam ex communibus (dummodò post mortem viri omnia alio marito in sua parte computet) eis subuenire. Quia iure naturæ tenetur eos alere, & maritus in id consentire. Lessi. lib. 2. cap. 12. dub. 14. Diana p. 5. tract. 8. resol. 34. Qui quidem eam potestatem ad Fratres, & Sorores extendunt, Trull. lench. lib. 6. cap. 1. dub. 9. approbante.

CAPVT

CAPVT VI.

De Famulorum furtis.

³⁰ Quando den-
lignit gra-
uiter famu-
lus, & quan-
do potest à le-
thali excusa-
ri circa fur-
tum.

ECCAT famulus furti delicto
auteris aliquid in notabili qua-
titate à domino suo. At potest
à lethali excusari, quando mi-
nimam quantitatem victua-
lium successine foratur, que progressu tempo-
ris sit notabilis, modo illam proprium conuer-
tat in vsum. Si verò accipiat notabilem quan-
titem victualium, ad ludendum, diuenden-
dum, vel consumendum cum externis, furti vi-
tio delinquit. Quia dominus censetur inuitus
non solum quoad modum accipiendi, sed
etiam quoad rei substantiam. Nauar. *sum. c. 17.*
n. 138. Navarra *de restit. l. 3. c. 1. p. 3. d. 6. n. 220.*
Lessi. lib. 2. cap. 12. dub. 8. num. 48.

³¹ Quando duo eiusdem familiæ sunt famuli,
Si parum non
quorum vni curam pœnus custodiendæ de-
mandata est, alteri non est: et si uterque chari-
tatis lege furti debeat impedire, si facile, & si-
ne proprio valeat incommodo, ex iustitia tam-
en seime è solum, qui curam pœnus gerit
ad restitutionem obligatur, si domino non
manifestet alios famulos sæpius sua ex officina
furari. Nauar. *sum. c. 17. n. 136.* Lessi. *l. 2. c. 13.*
n. 75. Laym. *l. 3. sect. 5. tract. 2. cap. 5. num. 6.* Dia-
na *part. 3. tract. 6. resol. 18.*

CAPVT VII.

De furtis Religiosorum.

³² Quando Re-
ligiosus ex
bono mona-
sterij ac-
cipit lethali-
ter delin-
quit.

RELIGIOSVS ex bonis Monasterij in
notabili capiens quantitatem, peccat
lethaliter, si res ablata necessaria
non sint; aut si sint, superior tamen
concederet, si peteretur. Quia contra votum
paupertatis agit, dominij actum exercens.
Azor. *tom. 1. l. 1. cap. 12. q. 6.* Petr. Nauar. *de restit.*
lib. 3. c. 1. num. 195. Molina *de contr. d. 276.*
Manu. tom. 2. sum. cap. 11.

³³ Et quando
non.

Certe si res ablata talis esset, quæ necessaria
ad vsum Religiosorum priuatorum censeretur,
verbi gratia, cibaria, vestes, medicina, &c. &
sua necessitate proposita, adhuc superior con-
cedere nolleret, accipiendum non delinqueret, nec
ad restitutionem teneretur. Quia tunc supe-
rior est irrationabiliter inuitus, & Religiosus
habet ius sibi succurrendi, id iure naturæ di-
cunt. Quando autem superior iuste necessi-
tati illius non consulit ex monasterij bonis, eo
quod inopia, eo oppresso, nequeat: & ideo ta-
xantur vnicuique subdito iuxta monasterij
facultates exhibenda: tunc nequit Religiosus

aliqua ex conuentu usurpare, vt sibi prouideat, absque proprietatis peccato, & restituendi obligatione. Quia tunc tradita ratio non militat; eo quod licentia non sit debita: Sed iuste denegetur, alitque Religiosis indigentibus iniuste detrahatur. Sanch. *l. 7. Decal. c. 19. num. 54.* post Baldum & alios.

³⁴ Ea quantitas necessaria est, & sufficit ad delinquendum lethaliter Regularis, sine superioris licentia detrahens, seu usurpans: quæ necessaria est, & sufficit in secularibus, ad materiam furti grauem constituendam. Sic Doctores communiter. Sed placet Miranda in *manuali Prælat. tom. 1. qu. 28. art. 17. concl. 2.* docens quantitatem notabilem in Regularium furtis esse in particulari pro tempore, locorum, Religionum, personarum, & aliarum circumstantiarum differentia, arbitrioque prudentis determinandam. Consule Dianam *p. 1. de pauper. Relig. resol. 16.*

³⁵ Religiosus accipiens ad proprium vsum comestibilia, etsi ad quantitatem notabilem deueniat, mortaliter non delinquit. Quia furti eiusmodi minima in tali materia non continentur, & in eo modo sic paulatim hæc accipiendi, non est superior inuitus. Attamen si ille expresse prohiberet sub pœna furti, aut proprietatis talium rerum acceptionem, posset esse peccatum lethale in monasterij Ordinem, in quibus viget altissima paupertatis vltima. Bonac. *de larg. muner. d. 1. pun. 5. n. 6.* Fernand. *p. 1. c. 6. §. 2. n. 12.* Diana *p. 1. tr. de pauper. relig. resol. 13.* Barth. de S. Fausto *thesaur. lib. 8. qu. 110.*

³⁶ Religiosus, qui rem in ea quantitate accipit, quæ ad peccatum lethale furti sufficit contra septimum præceptum, siue sit vltima consumptibilis, siue non, & dedit alicui extra monasterium, peccat mortaliter, & ad restitutionem tenetur tam ipse, quam recipiens, si res extat. Si autem res consumpta sit, tenetur qui accipit restituere quantum ex illa ditior est factus, seu quantum alias expendisset, si res illa consumpta non esset. Profecto Religiosus, qui rem alienauit, aut ipemet, sine licentia, vel necessitate consumpsit, non tenetur propriè restituere: sed debet admonere recipientem, vt ipse restituat: & si aliquos ex debita licentia redditus habeat, & iis debet restituere. Corduba *sum. q. 109.* Bonac. *de larg. muner. d. 1. pun. 3. num. 6.* & 7. Sayr. in *Clau. lib. 9. cap. 16. num. 21.*

³⁷ Religiosus voto paupertatis adstrictus non computandus est cum filiis familiæ ditissimorum parentum, sed cum iis, qui mediocriter diuites sunt, vt inde colligas, quamnam quantitas respectu illorum circa danda, accipiendâ, vel appropriandâ sibi de rebus monasterij ad furtum mortale sufficiat. Vnde sicut videmus, non peccare lethaliter filium, si à parentibus clam quantitate quinque vel sex argenteorum suffuretur, ita sentiendum de Religioso: nisi alia minor sit à superioribus assignata. Caspensi. *tractat. 18. d. 5. section. 7. num. 56.*